



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

5. Oppositiones ex patribus eneruantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

dum peccanti homini tribuit ipse (quod absit) auctor iniquitatis exitit, qui malam voluntatem dedit homini bono, per quam peccans mereretur aeterno puniri supplicio: & cap. 26. [Nec Deus inferret iram, si homo ex praedestinatione Dei cecidisset in culpam.] cap. 22. [Neque iustitia diceretur, si puniendum reum non inuenisset, sed fecisse dicitur:] & eo cap. 26. sub fin. [quando autem peccanti sermo iram iustus Dominus intulisset, si ex Domini praedestinatione peccasset?] idem c. 13. ac saepius in Dei iudiciis sic distinguit in iustis (iustis) opera sua glorificat, in iustis (impiis) opera non sua condemnat, ut iniusticia, & malignitatis in horum damnatione calumniam à Deo propulset: inde Prosper ex eo, quod Deus puniat satis ostendit putat auctorem delicti, & actionis pravae esse non posse, ex utriusque affectus repugnantia: ita enim ait respons. 10. ad obiectiones Vincent. *Adulteria, & corruptelas non instituit novit Sancta diuinitas, sed damnare: neque disponere, sed punire, & ad caput Gallor. respon. 12. iniuste punit, quod, ut sit impellit: Chrysost. hom. 60. in Matth. [Non fecit quippe Deus talem peccatorem: non enim paenis afflixisset, si talem ipsum fecisset. Nam, si nullius nos rei, cum ipsi causa sumus, seruos nostros, & veras criminamus: multo minus creator omnium criminaretur.] Quod argumentum fufius persequitur Euseb. 6. praeparat. Euang. c. 6. ver. fin. haec ex Oenomai. verbis scriptis. supposita necessitate agendi prave à Iobe per fatales gentiles: [Cur enim Iupiter, huius necessitatem agendi nos, ac seipsum non punit? ipse enim necessitatem agendi nobis imposuit: cur ergo nos plectimur, qui huic Ieri resistere nullo modo possumus?] Similia ex eadem fati suppositione scripsit cap. 2. fine.*

10. Haec in cuiusvis pravae operationis à quovis patrandae praedeterminatae praefinitione urgentissima sunt: verum in actionis pravae ab homine iusto, qua à iustitia decidat eliciendae praefinitione diuina longe adhuc maior iniustitia atque infidelitas luendaque Dei malignitas appareret, ut obleruant Prosper ad caput Gallor. respon. 12. *Si Deus hominem sibi obedientem à pietate decurbat, & bene currentem cadere facit: ergo retribuit mala pro bonis.* Fulgent. 1. ad Monim. recitatis nuper ex cap. 22. fine subnectens: *Maiores vero erit iniustitia, si lapsa retribuit poenam, quem stantem praedestinasse dicitur ad ruinam: quo etiam spectauit Tertullian. num. 9. recitatis ubi Patris nomen, quod Deo respectu iustorum specialiter conuenit, memorauit, ut inde initiatorum illum, aut Artificem malorum operum esse cogitari minime posse monstraret. etenim praeter iniustitias monstratas debito parentis in filios adoptiuos per suam adoptionis gratiam, non solum deficeret: sed omnino aduerfaretur, nouercae in illos odium exercens ex alto nimirum in praecipitum, & barathrum illos sua praefinitione praedeterminata irresistibiliter agens, & impellens qui ergo Christus Dominus suadebit sententiam illam suam. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester caelestis dabit spiritum bonum petentibus se? quoniam iustis, non iustorum solum, sed peccantium quorumque querelis satisfaciunt: an distinctione illa futili, & haereticis familiari de praefinitione, & praedeterminatione eorum à Deo ad materiale, ac non ad formale peccati: sed nil praestabit: cum ultra materialis appositionem, nulla sit in formalis appositione, neque Deo, neque homini libertas, potestatis illud non apponendi: quare, qui eos ad materiale impulit, egitque irresistibiliter. praefinitione sua Deus, quem formalis eo posito incutit ab impulsione ad materiale, ac subinde in barathrum impulit: idcirco Patres recitati, dum his argumentis, & reliquis supra factis truntur, ex impulsione ad materiale, & opera, actiones, affectiones, concupiscentias, voluntatesque malas cuiusmodi efformant argumenta, & quidem malorum damnationem ob actiones, vel omissiones ipsas esse constitutum quia in eis prima legis, quae actiones, vel omissiones has prohibet, vel praecipit solum (*diligas v. g. Dominum. Non fornicaberis nō sumaberis*) contrarietas, & transgressio inuenitur. Secundo Marc. 10. 23. 24. 16. 1. Corint. 3. Eccles. 14. & 35. Luc. 9. Ioan. 12. quibus, & pluribus aliis ob opera, amorem inordinatum, & actus damnandi homines dicuntur: item delictiarum voluptatum, & gaudij actibus, sane prauis, capitis magnitudinem tormentorum*

mensurandam esse dicitur. Apocal. 18. Luc. 6. circa med. Baruc. 4. (sub fin. Porro caetera, quae ex praefinitione materialis peccati inferuntur absurda, contra Patrum doctrinam alias in Ecclesia statutas persequi immensum esset: haecenus clariora, & viuidiora sumus persecuti, missis pluribus quae praecise libertatem ad peccandum necessitatem tangunt.

CERTAMEN V.

Oppositiones ex Patribus enervantur.

1. Obicere primò Caluinus & Beza Augustinum c. 100. Enchirid. dicentem. [Propterea namque magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius, ut mirò, & ineffabili modo, non fiat praeter eius voluntatem: quod etiam contra eius sit voluntatem: quia non fieret, si non fineret. Nec vique volens finem, sed volens: nec fineret bonus fieri mala, nisi omnipotens, etiam de malo, facere posset bene:] quae autem praeter Dei voluntatem non sunt, intra eam vique, quare, & eo volente sunt: ergo, non sola permissione Dei actiones pravae sunt. Caeterum cum contra eius voluntatem fieri peccata Augustinus illas dicat expresse, illud non praeter eius voluntatem, positum eius, quatenus ex ipso est voluntatem efficacem, ut fiat abique contradictione significare non potest: quod autem non finat volens, sed volens permittendi, seu permissionis suae positum dicit voluntatem, non verò actionum ipsarum à nobis: idque satis est, ut praeter eius voluntatem, sive eo absolute nolente non fiant, & inuito: siquidem vult non impedire aut non vult absolute (sciens volensque) cum impedire posset. Aliam rationem quoque praeter Dei voluntatem positam actiones nostras, etiam si pravae non sunt immediate praemiserat his verbis: *Tam sapienter exquisita in omnes voluntates eius* [ut, cum Angelus, & humana creatura peccasset, id est non quod ille, sed quod voluit, ipse fecisset, etiam per eandem creaturam voluntatem, qua factum est, quod creator noluit, implectet ipse, quod voluit: bene utens, & malis, quos praedestinavit ad gratiam deorum salutem, quos praedestinavit ad gratiam quantum enim ad ipsos pertinet, quod Deus voluit, fecerunt, quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere voluerunt: hoc quippe ipso, quod contra voluntatem Dei fecerunt, de ipsi facta est voluntas Dei.] verba quantum enim ad ipsos, non significant Dei voluntatem, quatenus ex ipso est, absolute talem à malis fieri, ut constat ex verbis sequentibus. *Hoc quippe ipso, quod contra voluntatem Dei fecerunt:* est igitur factus Deus, est, quantum ex se est efficacia non omnimoda, sufficienti, tamen, & serio velle salutem, & rectam hominum, & Angelorum vitam, ac nolle pravae actiones, & perditionem ipsorum. Caeterum velle simul parata, & damnationem eorum, quam suis legibus committunt, non tamen absolute sed conditionate si peccentque voluntas in peccata absolute voluntatem transire nullatenus potest, nisi ex parte sua homines, vel Angeli actiones prohibitas, vel praecipitum omissiones pro suo arbitrio, & arbitrio apponant: quare, cum contra absolutam illam, quantum ex parte Dei est sufficienter efficacem, se gerunt, quantum ad ipsos pertinet, voluntatem Dei conditionatam fecerunt nempe conditionis praefinitionem, per absolutam transgressionem & delicti positionem, quae tota poenae ipsos erat, ac fuit, idque facere voluerunt, cum delinquebant, quantum verò ad ipsos pertinet, in suppliciorum, & poenae pro se potestatem Dei pertinet, in suppliciorum, & poenae pro se actus delictis inflicciónem, nullo modo id efficere voluerunt: vellent enim quantum ex ipsis est impunes peccare, etiam diuinæ illius potentiae, & voluntatis nequeant euadere supplicia: quare ut bene Augustinus concludit. *Hoc quippe ipso, quod contra voluntatem Dei fecerunt de ipsi facta est voluntas Dei*, nimirum conditionata illa de ipsorum poenis, si transgredierentur, & peccarent, cuius conditionem ipsi purificarent, cum absolute delinquerent, conditionem ipsi purificarent, cum absolute delinquerent, quae in absolutam fecerunt transire. Atque haec tenet huius germana elatiorque commentatio est illa (est eadem)

eadem quam Bellarminus noster, & alij adhibent explicantes nolitionem, Dei de peccatis prauis, de nolitione *signi* & conditionata, ac non beneplaciti: quod licet rite ab eis tandem explicetur, non ita recto sensu posset ab hæreticis ac præfinitioribus usurpari, cuius in nostris vocibus periculum abest æstimare tamen potius, contextu toto attono transcriptorum, vel Typographorum incuria eam partem textus vitiatam, & voluit, pro noluit, culum.

2. Quod autem peccato, prauave actione ab homine posita eam iniustam vindictam, vel in aliorum salutem ordinare Deus positiue velit bonum, Deique sapientia bonitate, & omnipotentia diuina dignissima, id quod, & Augustinus obseruauit 3. de lib. arbit. cap. 9. [quomodo iuste peccata puniuntur, quæ si defuissent, creatura eius plena, & perfecta non esset? hic respondetur non ipsa peccata, vel ipsam miseriam perfectioni diuersitatis esse necessaria; sed animas in quantum animæ sunt, siue iustis, & in suas actiones liberæ potestatis, quæ si velint peccare; si peccauerint miseræ sunt.] Tameñ eo malo, & miseria animæ permixta, eam ordinate bene bonum fit: quare, & vniuersi bonum vnde & bona esse mali & miserie à Deo permisso demonstratur: ac bonitate repugnante ordinationis, & permissionem eius Deo repugnantiam, egregie concludebat verbis postremis datis ex e. 100. Enchirid. Nec fineret bonus fieri mala, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bene: quia tunc permixta voluntas, quæ ex malo permisso præcisè bonitatem habere nequit: aliunde habere non posset bonitatem. Hinc lucem accipiunt alia verba, quæ arripit ad aduersariis solè truncata ex eodem Augustino. c. 126. Enchiridij, *quæ malis in quantum mala sunt, non sunt bona, tamen ut non solum bona, sed etiam sunt & mala bonum est*: ergo mala esse Deus vult; abique cuius positiua voluntate non est, quicquid bonum est, ut sit; est quippe integer textus huiusmodi. [Nec dubitandum est Deum facere bene, etiam finiendo fieri, quæcumque sunt male. Non enim hæc, nisi iusto iudicio finit, & profecto bonum est ut sit; & quævis ergo quæ mala sunt, in quantum mala sunt non sunt bona; tamen ut non solum bona sed etiam sunt & mala bonum est: Nam nisi esset hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo esse fineretur ab omnipotente Deo, cui profecto quam facile est, quod vult, facere, tam facile est quod non vult esse non finere:] etenim esse mala etiam ex voluntate permixta, & bona eorum, iam factorum, dispositione, cum sunt, vel ea puniendo, vel in salutem bonorum, vel alias rectè ordinando, bonum quidem est in se autem ut sunt, bonum esse nequit, cum in se mala sunt, quodcumque sunt: ut Augustinus ait: ac proinde ea esse velle positiua erga illa voluntate Deus nequit, neque, ut à nobis sint facere; sed solum potest velle ea non impedire cum posset. At inquirunt hæretici: est secundum se, & ratione sui amari à Deo nequeant; aut ob finem bonum, & ratione illius amari à Deo, fierique possunt, atque ut à nobis fiant prædeterminatiue præfinitis: id quod ex Augustino etiam confirmatur c. 101. Enchiridij, [Aliquando bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult; & rursus fieri potest, ut hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona. Tantum inter est quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem quicquid referat voluntatè ut aut approbetur, aut reprobetur.] Cæterum cum certum sit, non esse faciendum, vndeque mala, ut eueniant bona; nec prauas actiones nostræ; siue ex essentia sua, siue hic, & nunc, ut à nobis sint, fieri, amari e à Deo possunt: ut materiale peccati possit positiue facere, ac velle, Augustinus extra rem adducitur. Neque enim sonant (vtcumque adhuc) eius verba: Deum velle bene, & honeste, ut nos prauas actiones nobis velimus, & agamus; sed tantum quædam, quæ velle: ut meriti, ait, Patris mei mortem in supplicium; quam solum ex odio in Patrem vel ex ananitia velle, agereque nusquam potest licere: quare neque impelli, nedum prædeterminari à Deo filius ille potest, ut illud velit, vel efficiat; sed solum ipsi, ea vel actio, vel voluntas permittit.

3. Sed instant adhuc ex Augustino 5. cont. Iulian. c. 3. ac et princip. & mod. ubi traditionem Philosophorum à

Deo in passiones ignominie per meram desertionem, siue adiuuantis auxilij efficacis denegationem (quod ipsum est Dei permisso), vt Iulianus interpretatur, tanquam manem & friuolam interpretationem irridet his verbis, *quæris inaniter quomodo intelligendus sit tradere Deus, nolum laborans, ut ostendas eum tradere deferendo*: ergo aliter quam mera desertione, & permissione Deus tradit ac proinde positiua voluntate, & operatione sua inclinando, & agendo, ut passionibus ignominie cedant, atque in fœdas incident actiones: cæterum toto eo textu, & sequenti id contra Iulianum intenditur ab Augustino, ut cuius peccatum, & (quod idem est) tradi passionibus ignominie, penam, & grauissimam peccati penam esse: quod Iulianus negabat: deinceps in singulis discursibus concludit, iam rogando, iam asserendo peccatum, cui quis traditur à Deo, penam esse peccati quomodo autem à Deo tradatur, vt potest ad inuentum hoc euincendum inuile curandum non esse censet: ac sapè ibi proinde Iuliano modum, quo id à Deo fiat, eligendi facit optionem; est desertionis modum, cui insisteret soli Iulianus, ut traditionem in ignominie passiones, & praua desideria peccati non esse defenderet, vt potest intento Augustini oppositum eo capite ex insituto impugauerit Augustinus: constat mens Augustini præfata ex his, quæ oppositis verbis adnectit; sed quomodo libet tradat, propter hoc deseruit, & vides eius traditionem, quamlibet intelligas, quæ contra sunt, nimirum noua praua opera inde à sic traditis denotata admitti: [curauit enim Apostolus dicere, quanta pena sit à Deo tradi passionibus ignominie; siue deferendo, siue alio quocumque explicabili, vel in explicabili modo, quo facit hæc, summe bonus, & ineffabiliter iustus: & refutato ex Apostoli verbis sensu desertionis Iuliani, quo eludere intentum vniuersi argumenti conabatur eidem huic rationi, & conclusioni contra Iulianum Augustinus ita insinuat: quid horum tamen de eis esse quod scriptum est. (Ezech. 14.) [Propheta, si errauerit, & locutus fuerit: ego Dominus seduxi Prophetam: & extendam manum meam super eum, & exterminabo eum de medio populi mei Israel: patientia est, an potentia? quodlibet eligas, vel vtrumque faceris, vides tamen falsa prophetantis peccatum esse, penamque peccati,] quoniam verò Catholica desertionis voce, (qua sit intelligenda, & Augustinus, & Patres traditionem perditorum à Deo in ignominie passiones, & desideria praua semper explicauerunt) Iulianus abutebatur, ut eam nihil in peccata sequentia conferre villo pacto posset: quare neque à Deo peccati antea acti penam à Deo infligam peccatum sequens esse dicendum, quia ea desertio solum erat Dei patientia, qua antea acta non puniebat eius, quem deferrebat, peccata ita ipsum verbis ad proxima immediatis: quid est autem, quod dicit, cum desideria suis tradit dicuntur relictis per diuinam patientiam intelligendi sunt non per potentiam in peccata compulsi? quasi non simul posuerit hæc duo Apostolus & patientiam & potentiam (Ad Rom. 9.) ubi ait: Si autem Deus volens ostendere iram, & demonstrare potentiam suam attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem. Ac rursus longe à medio: quæ verò ita desinit, ut, cum audieris, quod in Psalm. (139.) [canitur: Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: hoc dicat orasse hominem, ne Deus sit patiens erga illum: si Deus non tradit, ut mala fiant, nisi patientem bonitatem præbendo, cum finit quid est autem, quod quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem, nisi ut non tradamur concupiscentiis nostris: An forte hoc à Deo petimus, ne sit erga nos patiens bonitas eius? Non ergo eius inuocamus misericordiam; sed potius iracundiam prouocamus, quis ista sapienter sanxit? quid quis, vel furiosus, hæc dicat? tradit ergo Deus in passiones ignominie, ut fiant, quæ non conueniunt, sed ipse conuenienter tradit, & sunt eadem peccata, & peccatorum supplicia præteritorum, & suppliciorum merita futurorum:] itaque non patientia solum bonitate, qua antea acta non punit, tradit deferendo sed potentia etiam sua deferendo ut traditus in viciosa peccata, in antea actorum penam labatur.

4. Et hæc quidem verissima sunt, & rite ab Augustino confirmata contra Iulianum. Sententiam, qui sola benigna Dei meritorum suppliciorum omissione, patientiaque, & traditionem Dei in desideria praua, & desertionem,

REGA
pari
Vla

ne qua illam Patres, & scriptura explicuerunt stare vole-
bat, ut peccati sequens anteacti pena esse posse negaret,
neque Dei adiutorium cuius subtractione, (quam Dei de-
fectio sensu Patrum ad presentem traditionem explican-
dam significat) peccaretur, necessarium ad non peccan-
dum, beneque operandum, contra alterum suum erro-
rem, admittere cogere: quare, et si impugnationibus
his illud: *non per potentiam in peccata compulsi*, quod
Iulianus alterebat, quoad *compulsionem*, non impugnet,
sed omittat, hac omissione impugnationis, ne tacite qui-
dem approbat: omittit autem, quia presentis instituti
non erat, & superfluo, extra rem praesentem, impugnetur,
quod pluries, ubi eam attigit quaestione, ad nauseam
vique, & totis quandoque libris praesentem, impugnetur,
sed recitatis, citatque haec eius loci claret: ergo duo
asserit, & Dei patientiam in omissione suppliciorum me-
ritorum per anteacta peccata eorum, qui a Deo traduntur
passionibus ignominiae, concupiscentiis, ac desideriiis
pravis in ea a Deo traditione (& idem esto de exca-
catione, obdicatione) claudunt, ut illam stare, neque Dei
desertionem, qua eiusmodi traditio a scriptura, & Patri-
bus explicatur. Postremum probatur absurdus datus
impugnatione secunda. Primum impugnatione prima ex
Pauli verbis, quibus, praeter patientiam Dei, potentia
ad eiusmodi traditionem requiritur: & sane Dei pati-
entiam in suspensione debiti supplicij eam ingredi tradi-
tionem, praeter recitata Pauli verba, expressum est Exod.
8. videns Pharaon, quod data esset requies a plaga, ingra-
uitur cor suum: & cap. 9. *ingravatum est induratum ni-
mis dicitur*, ut bene pendunt Augul. qu. 24. in Exod. int. &
serm. 88. de tempore maxime ante, & post med. Basil.
hom. 9. Anastas. Nicen. quart. 59. in Sacram Scripturam:
videt Hierem. 15. *Noli in patientia tua suscipere me*: id
est qui statim verberes, ut emendes: id enim, non tam
benignitatis, quam ira est: nec propria filiorum, sed re-
probatorum administratio ut 2. Machab. cap. 6. & Psal. 98.
*Deus propitius fuisti eis, & visitans in omnes adinven-
tiones eorum*, iuxta Augul. ibi: & ad Hebraeos 11. iuxta
Chrysostom. hom. 19. ante med. Origen. 3. Periarch. c. 1.
colum. 7. Gregor. 12. Moral. c. 15. sub finem inde patientia
hac Deus male viros, cuiusque benignitate abuleros de-
teriores facere dicitur: quemadmodum nos, filios, & ser-
vos, qui indulgentia nostra peiores sunt, peiores dicimur
fecisse, ut Origen. ubi proxime observat [indurare nos di-
citur Deus tali typo sermonis: sicut herus, dum benignior
in servum est, insolentior est ipse, & improbius efficitur,
dicere potest: ego te talem servum feci: ego te perdidisti
patientia mea insolentia tua causa exitit, qui te non sta-
tim per singulas culpas non punio pro meritis delictor-
um: quo ipso rem exemplo, & locutionis rationem tra-
didit post Augul. serm. 88. de temp. post med. solum
addens, *ex hoc non dicimus, quod ex voluntate nostra in-
tantam sint superbia deoluiti, sed quia magis de bonita-
te, vel indulgentia nostra fuerint obdurati*: ut, neque
Deum dilatione supplicij & in Pharaonem, & quos indu-
rare fuisse passionibus tradere dicitur, ea, ut se vicio suo
obdurarent, & passionibus viciosis cederent, vsum fuisse
ostendat. Sed occasionem abulus vicio ipsorum arreptam
fuisse, non ex eius intentione, ut ita arripere, oblatam,
ut habetur 2. Petri 3. *Non tradat Dominus promissionem
suam (iudicij postremi) sed patienter agit propter vos
nolens aliquos perire, sed omnes ad patientiam reverteri*.
Ceterum cum nulla adeo pertinax obstinatio esse possit,
nullaque adeo vehemens passio, quae Dei adiutorio, & au-
xilio aliquo non solum emolli, & superari in actu primo
possit, sed quae de facto in actu secundo non superaretur,
ac misceretur: patientia solius benignitas obdicationem
exacacationem, traditionemque a Deo (quatenus ex parte
ipsius esse potest) adaequate non continet, nisi adiutorij, &
auxilij, illius subtractio etiam accedat, quae peccati vici-
oris & passionibus pravis, & oblatione oriundi permis-
sio est, & anteactum delictorum oblationisque poena,
& cuius ratione sequens illud peccatum anterioris poena
est, ac dicitur, quoniam in sequente peccato Deus punitur pun-
nereque anteactum aliud, sequens debeat causare (quod
in Caietano ad 2. Reg. 13. & 16. reprehendunt merito Ca-
nus, Zúñel & Vasquez apud Ruiz d. 44.) & postquam velle,
sed solum iustam suam desertionem, & inde infallibiliter

futuri sequentis peccati permissionem, ut expresse Gre-
gor. homil. 11. in Ezech. longe a medio. Hoc additame-
tum, quo traditio, obdicatione, exacacatione nostri a Deo
completi, & ratione explicata constat, & saepe a Scrip-
tura, & Patribus traditum est, quos refert Ruiz d. 43. de vo-
lunt. nolique magna ex parte praesentis de haecenus recitavi-
mus, illud solum repeto Augul. 2. de peccatorum merit.
& remissione ubi ait: nos a Deo, qui tentare nequit, te-
remur, minime petere, sed ut si forte tentari experimur a
concupiscentia nostra adiutorio eius ne deferamus: ut in ea
possimus vincere, ne abstrahamur illis iniqua in re, et si sub-
tractio, ac negatio auxilij potentioris sit, Dei nihilominus
potentia, quae vique, non de se determinata, & naturaliter
operans est, sed libera, exercetur: quare non benigna solum
patientia, ut contra Iulianum Augustinus aiebat maxime,
cum eis malis voluntatibus bene ipse post modum, ut ve-
lit, utatur, quod summa, solique divina potentia est.

5. Insistunt adhuc Haeretici, & adversarii reliqui ex
aliis Augustini locis, quibus Deum nostras voluntates in
actiones turpes inclinare, easque in cordibus nostris ope-
rari Deum docet c. 21. de corp. & grat. ex multis Scrip-
turae locis concludit. [His, & talibus Scripturae testimo-
niis diuinorum eloquiorum satis, quantum existimo, ma-
nifestatur operari Deum in cordibus hominum ad incli-
nandas eorum voluntates quocunque voluerit, siue ad bo-
na pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum
iudicio vique suo, aliquando aperto, aliquando occulto,
semper tamen iusto:] & speciatim id 2. Paralip. 15. *ex-
pugnabit audire Amasiam eo, quod Domini esset voluntas, ut
tradere in manus hostium propter Deum Eden, his poe-
derat. Deus idolorum peccatum volens vindicare, eis
operatus est in eius corde, ut vique in se infunderet, ut
admonitionem salubrem non audiret, sed ea contempta in
bellum, ubi cum suo exercitu caderet. h. c. 20. dicitur:
voluntatem proprio vicio malam in hoc peccatum iudicio
suo iusto, & occulto inclinavit: quibus verbis S. Ioh. ad
Rom. 9. lect. 10. aliquid ultra permissionem intelligi ab
Augustino, per inclinandi vocem ait, verum statim loquitur,
[Ad malum autem dicitur inclinare homines occasio-
nibus: in quantum scilicet Deus homini aliquid proponit
vel interius, vel exterius, quod quantum est de se est in-
clinationem ad bonum, sed homo propter suam malitiam per-
uerse vitatur ad malum:] non autem directe, & per se
curi ad bonum ad malum inclinare multis exemplis osten-
dit, eaque S. Th. explicatione (ut alia subiicienda desse)
satis ad testimonia Augustini foret. Ceterum testimonia
haec praefinitionem praedeterminationem actionis prae
non probant, siquidem inclinare, operari in nobis Deum
eas actiones, citra praedeterminationem esse potest, ut de
facto, & ex hinc in nobis actiones citra ea praefinitionem,
& praedeterminationem in nobis operatur: Secundo, ut
proben, plus probant, quam adversarii, etiam explorato
haeretici velint: nempe praefinire Deum praedeterminati-
ne non solum materiale peccati, seu pravam nostram
actionem, sed absolute peccatum, Tertio (quoniam incli-
nare quovis modo, & velle, adhuc inefficaciter, pravas no-
stras actiones Deo repugnat) responderetur inclinationem
hanc a Deo in pravam actionem non esse physicam pos-
sibilem, a Deo inditam inclinationem ex positiva Dei vo-
luntate erga actionem pravam, quae de facto exercetur,
sed permissionem solum, ut inclinata ad malum propterea
voluntas in hanc prodeat actionem, impediendo ne pro-
deat in aliam, in quam ex pravo suo affectu passio, &
oblatione prodiret: quod satis dixit Augustinus post
remis verbis, quorum egerimus commentum deest
Hugo victor. 1. de Sacram. p. 5. c. 29. ex quo postea hanc
tene. Potest ergo voluntas mala in se corrumpi, & re-
sistat per proprium vitium, quod ei aliunde non datur, sed
non potest per velle extra se praecipitari, nisi quia ei via
aperitur: & qui praecipitari quia vult ad ruinam suam ap-
peritur, quodammodo ipsam inclinat, non impellendo, sed reman-
tendo: nec author illi est viendi, sed incedendi, ut dicitur.*

6. Lenius adhuc opponunt ex Augustino alia Novato-
res: quae est illud quod Caluinus 3. institut. cap. 23. s. 24.
Beza respons. ad acta colloquij Monpeligardensis p. 241.
ex c. 10. de corp. & grat. *Subterrimè credimus, &c. in*
quo nihil contra nos, & pro ipsorum errore est, praeter in-
sertam de suo ab ipsis parentem illam. (Praefinitionem
autem Augustinus nunquam a proposito Dei finem
habuisse)

CERTAMEN I.

Præfinitio prædeterminativa Deum causam, autoremque formalis peccati absolute facit.

fallissimam, & toties contr. 2. & hac 3. ex eodem Augustino ostendimus: quare verbum Augustini etiam recitatio oratio mihi vita est: cum nec interpretatione, nec solutione opus habeat. Obicitur etiam ex c. 7. Augustinus scribens, cum audimus: nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis Diabolus est, illos debemus intelligere electos per misericordiam: illum per iudicium. illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad effundendum sanguinem suum: cum autem sanguinis effusio, quam efficaciter voluit, media lude prodicione esset futura; & hanc efficaciter voluit, à Deoque electum ad illam Iudam videtur Augustinus asserere. Maxime, cum paulo ante dixisset, electum Iudam ad opus, quod ipsi, vel cui ipse congruebat, nempe ad Magistri prodicionem: id autem ad quod aliquis à Deo eligitur, à Deo proculdubio amatur: verum electionis huius nomine non ex intentione, adhuc inefficaci, ut Iudas Magister prodiceret electus hic ab Augustino intelligitur, sed solum Christi permissiva voluntate. Notum enim Christus se ab illo prodendum si in Apollolum suum eligeretur, acque auxilio, tali v. g. non præveniretur: indeque opus redemptionis à se perficiendum; voluit autem eum eligere in Apollolum, & traditionem sui notendo, illo auxilio impedire seu, quod idem est prodicionis sui volendo permissivum: ea vero patrata ad opus redemptionis nostræ per sanguinis sui effusionem usus est, nihilque aliud Augustinus intendit: neque eodem proflus modo, quo reliquos ex gloria, & bonorum operum positiva voluntate inefficaci antecedente ad regnum prædeterminavit, ad sui sanguinis effusionem & prodicionem actum Iudam prædestinavit: quod expressit ibi Augustinus dicens: Ab illo quippe electus est, qui novit bene uti etiam voluntatibus malis: ut per hunc opus damnable illud, propter quod venerat, ut venerabile completetur: non propter venerabile hoc illud damnable amaretur: cuius peracti, usus quidem bonus esse potuit, non autem amor, ut fieret, adhuc ex intentione & amore venerabilis illius poterat honestus esse: & sine, ut amari antecederet posset, & intendere Augustinus, iustificas soli illius amor verbis satis esset, absque prædicatione, pro qua ab adversariis afferri soli modo possent.

QVÆSTIO IV.
Licetne à ratione ad materiale peccati prædeterminativæ præfinitiones?

QVÆSTIO præfens lectori superflua non immerito fors videatur: quandoquidem q. 3. ostendimus præfinitiones prædeterminativas non solum Patrum & Conciliorum constanti conclusioni in terminis ipsis contentæ, verum, & affirmativam conclusionem eorū sententia contradicentem tot ab eisdem validissimis rationibus concitari, ut nihil eis, vel rebus, vel numeri addi à nobis possit: sed quoniam adversariorum solutiones, etiam omnes fero attingimus, reicecimusque, quantum doctis esset satis tamen ne, dum easdem, ab autoritate præcipue, vergebamus, confutationum discursus longius traheremus, nō adeo ex instituto à ratione reicecimus: id in quaestione præfens, quam rationibus soli Theologicis transigimus, merito referamus, in ea: Deum ex eiusmodi præfinitione non materiales peccati, siue actionis prave, provt à nobis hic, & nunc progreditur, solum, verū & formalis: quare, & peccati absolute causam ostendimus, & autorem fore quod hereticum plane esse adversarii ipsi, etiam explorato heretici, fatentur, atque admittunt multis artibus & verbis refutant: quorum omnium convenientia cum solutionibus recentiorum Thomistar. paucalorum quam validum contra hos sit argumentum ex Conciliis petiit claris ostendit, argumenta reliqua Patrum q. 3. data longius, non persequarum quia ibi, quantum opus à ratione fuit, eis adiunxi: cum quia eisdem tantum solutiones, quæ huic argumento adhiberi possunt, eisdem rationibus sunt, & servata singulis diversitate, impugnanda: quare omnia argumentis singulis superfluo, & ad taxum repetetur. Nihilominus aliquid aliud præter argumentum propositum præcipue et hominem contra præfatos Dominicanos à ratione q. præfens persequemur: missis tamen, ut dispensationis præfatione propositi argumentis peritis à libertate.

Christoph. de Orthog. de Deo Vno. Tom. I.

1. Vt huius argumenti robur innoscat dogma Catholicum, adversariis etiam hereticis inauditum, statuendum in primis est, ne quis post hac vi illationis actus, & conclusionis affirmativæ præconcepto amore præceptis in hæresim ruat. Deum igitur formalis peccati, siue peccati absolute talis causam non esse, neque esse posse dogma Catholicum est: eiusque oppositum hæresis aperta. Hoc definitum esse à Tridentino recitatio à nobis q. 3. certam, r. n. 2. & certam, 3. n. 8. atque item iam pridem à Synodo Constantinopolitana 2. gener. 5. constat ex eodem cert. n. 1. A cursus ab Araulicano 2. & Valentino 3. eodem num. 8. recitatis, constant adversariis omnibus est, imò hoc, ut minimum tradi à S. Petro contra Simonem Magum, reliquisque Pontificibus, & Patribus tota q. 3. productis, evidens ac perspicuum eisdem etiam adversariis est: qui (tamen si falso) eos de peccato absolute tali, eiusve formali; non autem de materiali peccati locutos fuisse contendunt: nec alia adversariis benignior interpretatio sue Conciliorum, siue Patrum ex cogitari potest; quare ea omnia testimonia hoc dogma expresse confirmant, solum addo celebre illud pro hoc dogmate Augustini testimonium ex 7. Confessionum c. 3. quod sic habet. Non tenebam explicatam enodatam causam mali, quacunque tamen esset, sic eam querendam videbam: ut non per illam constringeret Deum incommutabilem (ad malam mutabilem credere: ne ipse fierem quod credebam: itaque securus eam querebam, & certus non esse verum, quod illi (Manichæi) dicerent, quos toto animo fugiebam: quia videbam querendo unde malum repleto malitia, quia opinabatur, tuam porius substantiam male pati: quam suam male facere: & inde debam, ut cernerem, quod audieram, liberum voluntatis arbitrium causam esse, ut malum faceremus. Id epius docuit Augustinus locis datis q. 3. ubi alij etiam Patres, quos omnes de materiali peccati, ut prodicionis lude, cupiditatis, & desiderii ac voluntatis pravis eius propositionis exempla adhibuisse vidimus: quod notatum volo ad vim iam efforandi argumenti clarius ostendendam.

2. Argumentor sic: Deus præfinitens prædeterminativè materiale peccati causa materialis peccati est, etiam per adversarios: at nequit esse causa materialis peccati, quin formalis eius & absolute peccati causa sit: ergo Deus præfinitens prædeterminativè materiale peccati ex causa formalis eius & peccati absolute contra dogma Catholicum præfixum, Minor probatur primo: quia, ut supra tetigimus formale peccati & peccatum re ipsa absolute tale, & seclusa fictione considerationis nostræ, & entis rationis signentis, nihil aliud est, quam materiale peccati, quod adversarij vocant, sed implicat re ipsa eiusdem, siue realitatis, & entitatis eiusdem (ad quam solum physica realis, ac vera causæ physicae aditus, & causalitas esse potest) causam esse, & non esse causam realem: ergo implicat Deum præfinitentem prædeterminativè materiale peccati esse huius causam realem, ac nō causam verā realem formalem eius, siue peccati absolute talis. Maior (quæ sola probatione videtur eger) probatur ex Tridentino, & Patribus, qui eius dogmatis, quod scilicet Deus causa peccati non sit, ex epla adhibent in prodicione lude, & cupiditatis, voluntatibusque pravis & quæ materiale peccati ipsissimum sunt, adversariis facitibus: ergo materiale peccati secluso formali, quod mens nostra materiali appingit, & rationis effingit idem ipsum verè, & realiter, quod formale seu peccatum absolute est Patrum & Concilij sententia. Patet consequentia; alioqui, dum Deum peccati absolute causam esse non posse aiunt, male in materiali peccati exemplum adhibent, si, ultra materiale, reale aliquid formale peccati, seu peccati absolute tale includeret. Probatur secundo ratione: quia, si à peccato absolute tali omne rationis nostræ signentum, dum formale, ut quid unum, & rebus quæ in peccato, siue omissionis, siue commissionis intercedunt, superadditum secludas: idque solum, quod re ipsa est, dum verè absolute peccatur, consideres: solum innu-

G g g nica